



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola LX. Domino in Domino dominorum dilectissimo, & pio patri
Paulino Patriarchæ salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Præsens verò portitor literarum, vestro auxilio, & p
 trocinio nostræ sit commendatus petitioni. Ipse viuo of
 cio linguæ, nostras, vel suas vobis ostendet necessitate
 Maiorem nostræ salutationis seriem ENGILBERTVS filius
 communis noster R O M A M iturus, volente D E O, vobis
 dirigit: sed nulla chartula sufficit charitatis effari dulcedi
 nem: quam pleno ore anima mea de tuo hauserat pedem
 Testis est veritatis ille spiritus, per quem charitas diffusit
 in cordibus nostris.

Rom. 5.

*Viuido felix, felix, pater optime, viue,
 Atq; memor nati semper, vbique, Vale.*

EPISTOLA LX.

Domino in Domino dominorum dilectis
 simo, & pio patri Paulino Patriarchæ
 salutem.

VIDEOR aliquod me refrigerium habere animi me
 vt flamma charitatis in corde abscondita aliquando
 fortasse scintillam elicere valeat: ne totum torp
 scat, quod intus ignescit, dum opportunum mihi tempus
 aliquid tuæ scribere charitati, occurrit.

Quid? Cum beatitudinis vestræ literas omni fauore
 ciores intueri mereor, nonne videor mihi inter varios
 radii flores totus conuersari, & auida desiderij mei dex
 ra spiritales exinde carpere fructus? Quantò magis cum
 sacratissimæ fidei vestræ libellum recensui, catholicæ pi
 etatis puritate ornatum, eloquentiæ venustate iocundissi
 mum, sensuum veritate firmissimum: totius animi mei ha
 benas in lætitiâ laxavi. Vbi de vno lucidissimo, & salu
 berrimo paradisi fonte, quatuor virtutum flumina, non so
 lum Ausoniæ fertilitatis prata, sed totius ecclesiasticæ læt
 tudinis

rudinis rura irrigare conspexi. Vbi & auriuomos spiritalium sensuum gurgites gemmis scholasticae urbanitatis abundare intellexi. Quamplurimis verò profuturum, & pernecessariū fecisti opus, in Catholicae fidei taxatione, quod diu optauit, & saepius Domino REGI suasi, vt Symbolum Catholicae fidei planissimis sensibus, & sermonibus luculentissimis in vnam congereretur chartulam, & per singulas Episcoporum regiminum parochias omnibus daretur presbyteris legendum memoriaeque commendandum. quatenus licet lingua diuersa loqueretur, vna tamen fides vbique resonaret.

Ecce, quod mea optauit humilitas, vestra impleuit sublimitas. Habet apud salutis nostrae auctorem, perpetuam scilicet & huius bonae voluntatis mercedem, & huius perfecti operis apud homines laudem. Semper feruentissima charitas vestra castra perpetui regis vndique inuictissimis fidei clypeis munit: ne, antiqui hostis versutia, aliqua ex parte aditum suae nequitiae inuenire valeat. Et si ille mille habet artes nocendi, multò magis nobis necesse est, mille habere artes defendendi: credentes in eum, qui ait: *Ioan. 16.* Confidite, ego vici mundum. Cuius pietas nobis prauidebat agonis tempus transitorium: & remunerationis esse perpetuum. Ille, prior calcavit caput leonis, & draconis: nobisque dedit potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones; & omnes haereticas prauitates, quae sunt portae inferi, superandi. *Luc. 10.*

Tu verò, vir DEI Apostolice, hac armatus potestate, viriliter pugna, fortiter vince, vt feliciter regnes cum Christo. Heu pro dolor, multi solent desuper cõtextam Christi tunicam haereticis scindere vnguibus, & in pace Ecclesiae facere, quod milites in passione Christi non ausi sunt

P facere.

CCCC
SII
CCCC
SIV
24

facere. Quapropter venerande pater, & doctissime atque
 ta, & dulcissime doctor, sumus semper in castris Christianis
 manipulares, & in vna acie, sub vexillo S. CRUCIS con-
 di consilio, & virtute præliantes, vt suos aduersarios per
 vincat, qui vinci non potest.

Nunc iterum antiquus serpens de dumis Hispani-
 ris, & de speluncis venenatæ perfidiæ contritū non He-
 lea, sed Euāgelica claua caput releuare conatur, & pri-
 nequitia poculis, nouæ maledictionis toxica immisce-
 sed & frigidissimus Aquilo ventus alio de latere, solida
 clesia impellēs parietem, sacri baptismatis, catholicæ
 sœtudinis, regulam immutare nitens: & sub inuocatio-
 sanctæ Trinitatis, vnam asserentes mersionem fieri debet
 triduanamq; nostri Saluatoris sepulturam in baptismo in-
 tari negligentes: cū Apostolus diceret: Consepulti estis
 estis cum Christo in baptismo.

Rom. 6.
 Colof. 2.

Alij verò trinam volentes facere mersionem, & in
 quaque mersione inuocationem sanctæ Trinitatis: ac
 hoc totas tres personas nominare studentes, dum ipsa
 tas præciperet: Ite, docete omnes gentes, baptizantes
 in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Quid opus est
 tiò replicare, quod semel dictum sufficit.

Matth. 28.

Est quoque in quibusdam clancula dubitatio, an
 mæ sanctorum Apostolorum, & Martyrum, aliorumq; pe-
 fectorum ante diem iudicij, in cœleste recipiatur regnum.
 His & huiuscemodi spiculis, de pharetris (vt æstimol)
 emtis perfidiæ, vnitatem sanctæ & catholicæ Ecclesie,
 veritatem vniuersalis fidei aliqui vulnerare nitentes, etiam
 & spurcissimis errorum sœcibus limpidissima Ecclesiastica

fidei pocula inficiunt: & nuptiale vinum, quod Christus ex aqua virgini Matri, Ecclesie scilicet sancte salubriter potanda conuertit, iterum in aquas stultitie conuerti conantur. *Ioan. 2.*

Sed tuum est, o pastor electe gregis, & custos portarum ciuitatis DEI, qui clauem scientie potente dextera tenes, & vt lapides limpidissimos laua recondis, blasphemantes exercitum DEI viuentis Philistæos in superbissimo Goliath vno veritatis ictu totos contere. *1. Reg. 17.* Nostrum *Exod. 17.* est eleuare cum Moyse manus in caelum, humilitatis precibus te adiuuare, & spectare cum Dauid in munitissima ciuitatis..... donec speculator ex alto culminis fastigio clamitans, nobis tuam annuntiet victoriam. *2. Reg. 18.*

Ad te omnium aspiciunt oculi aliquid de tuo affluentissimo eloquio caeleste desiderantes audire: & feruentissimo sapientie sole, frigidissimos grandinum lapides, qui culmina sapientissimi Salomonis ferire non metuunt, per te citius resolui expectantes. Tu vero lucerna ardens, & lucens; nos in tua luce exultare gaudemus, vt te lucente, & ducente ad lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, eiusdem aeternae lucis gratia adiuuante, peruenire mercamur. *Ioan. 1.*



VEGAN
SII
SIV
24